

et librum ^{a)} Concordiae. Ubi in ipso tempore librum Psalterii decem cordarum ^{b)} incepit ^{c)}.

Mox vero ut me cognovit intelligere aliquid et notarium esse abbatis mei, rogavit eum, ut me sibi concederet scriptorem; quod et actum est, quia nihil ^{d)} sibi abbas Geraldus ⁴⁾ negare poterat, ita eum ferventissime diligebat. Sedens igitur ego ^{e)} ad pedes eius tam infra septa monasterii quam in grangia S. Angeli de Corneto ⁵⁾ monasterio proximior ^{f)} obedienter et humiliter die noctuque scribebam in caterno, in quo ipse dictabat et emendabat in cedula, simul cum duobus monachis suis scriptoribus fratre Joanne et fratre Nicolao, quorum alter abbas et alter prior Curatii postea extiterunt ^{g)}. Ministrabam etiam ei celebranti missam, admirans omnes mores ipsius; quia dum celebraret elevata ^{g)} manu altius aliis sacerdotibus benedicebat hostiam ^{h)} et omnia signa vel officia propensius ⁱ⁾ et velud anomalus ^{k)} exhibebat ^{l)}, vultum habens coloratum et ^{m)} vere angelicum, sicut tunc notavi et bene memini ⁿ⁾, in hora misterii ^{o)} missae tantum. Sed et lacrimantem nonnumquam eum in celebratione missae conspexi, et cum in missa passio dominica legebatur.

Dicentem quoque audiui, numquam se leviores esse per totum annum quam in diebus quindecim dominice ^{p)} passionis, ita quod semper eos finire dolebat. Et forte propterea datum est ^{q)} ei, ut in sabbatho, quo „Sitientes“ cantatur ^{r)}, mortalis vitae dolore careret ^{r)} et verum adeptus sabbathum ut cervus ad fontes properaret aquarum ^{s)}. Ex commissione ^{t)} quoque abbatis mei solus ipse, cum nullum in hac parte haberet similem, sermonem tam in festis quam in feriis frequentem in capitulo faciebat; et tunc etiam intuebamur vultum eius tamquam vultum ^{u)} angeli praesidentis in nobis. Nam sermones ^{v)} humiliori voce incipiens ^{v)}, aliquantisper ^{w)} procedens non jam ut homo, sed vere ut angelus altiori ^{x)} voce

a) librum *fehlt* P. b) chordarum UP. c) incoepit U. d) nil UP.
e) ego *fehlt* P. f) proxima UP. g) levata UP. h) ostiam Hs.; etiam U¹.
i) propentius Hs. k) velut arida eius U¹; et velud anomalus *fehlt* U²P.
l) *folgt* et UP. m) *statt* et: velut arida (folia) eum (habebat) U²P. n) sicut
... memini *nach* missae tantum UP. o) ministerii U¹; sacrificii U²P. p) dominice *fehlt* UP. q) est *fehlt* Hs. r) arderet UP. s) Ad commissionem UP.
t) vultum *fehlt* UP. u) sermonem UP. v) incipiebat UP. w) *folgt* [autem] P. x) fortiori UP.

⁴⁾ *Über Abt Gerald s. o. S. 456 ff.*

⁵⁾ *S. Angelo de Corneto ist schon im Privileg Alexanders III. für Casamari vom 9. Mai 1170 unter dessen Besitzungen erwähnt. F. Ughelli, Italia sacra 1, 1392f.; Migne P.L. 200, 671; P. Kehr, Italia pontificia 2 (1907) 169 n. 9.*

⁶⁾ *S. o. S. 464 Anm. 1.*

⁷⁾ *Sitientes venite ad aquas (Isai. 55, 1) beginnt der Introitus am Samstag nach Laetare; Joachim starb 1202 (s. o. S. 506) also am 30. März.*

⁸⁾ *Vgl. Ps. 41, 2.*